

EMBLEMA XXXIII.

Verberones.



XXXIII.

Vix casi emendes quibus est fiducia tergi.

Assuetos crebris asinum, seruumque flagellis,

Haud cernes tetram ponere pigritiam.

Nam queis pulsati grandis fiducia tergi est,

Propositum vitæ vix melioris habent.

Aspice queis rigida dorsum secuere triremes,

Quod genere hoc hominum nequius esse potest?

Quid? quod deterior fur est, qui publica sæpe

Per fora carnifici terga secanda dedit.

Nempe frequentatis cutis est queis dura flagellis,

Emendant nullos verbera sæua malos.